

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Homo q  
cum fonte primo

Infructuosa intricat cespitem, necat spacia, exhaurit terre uires,  
cultorem conficit dampno, afficit possidentem,  
at sic excidere istam lucrum est, istam non habere commodum est.  
Sic homo utique qui nature donum, munus anime,  
rationis beneficium, excellenciam sensus, iudicium mentis,  
artis industriam, culture bonum, in steriles atque inopes actus euertit,  
occupat, mergit auctori fructum, cultori gratiam negat.  
Vnde sicut arbor e terra, sic iste uita meretur excidi.

Petrus Rauennas super illud: Arborem fici quidam plantatam habebat.

Infructuosa arbor intricat cespitem, necat spacia, exhaurit terrae uires,  
cultorem conficit dampno, afficit possidentem,  
ac sic excidere istam lucrum est, est istam commodum non habere.  
Sic homo utique, qui naturae donum, munus animae,  
rationis beneficium, excellentiam sensus, iudicium mentis,  
artis industriam, culturae bonum in steriles atque inopes actus euertit,  
occupat, mergit auctori fructum, cultori gratiam negat.  
Sicut arbor e terra, sic iste uita meretur excidi.

Petrus Chrysologus, *Collectio sermonum*, 106.2 (CCSL 24A,  
A. Olivar ed., p.658, ll.19-27).